UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico

München, 1649

Oratio.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55294

Visual Library

teque infinitè benedico, obſecrans per virtutem huius Myſterij gratiam perfectè moriēdi veteri homini, cum omnibus vitijs & concupiſcentijs, & vt perpetuò illum in Seruatoris noſtri ſepeliam morte.

Die Dominica.

FAcies memoriam Aſſumptionis Dominicæ, & Coronationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ in cælo.

Oratio.

INfinitas ago gratias, ô Sanctiſſima, & Beatiſ. Trinitas pro glorioſa Aſſumptione immaculatiſſimæ Virginis, & Ma-

tris noſtrę in cœlo. Te infinitè benedico, pro gloria & honore, quo conſtituiſti eam ſupra omnes Angelorum Choros, ad dexteram Vnigeniti Filij tui coronatam Cœli, terræq́; Reginam, & Imperatricem. Precor, vt interuenientibus eius meritis, gratiam elargiri mihi digneris, amandi, & ſtudiosè ſanctiſſimas eius virtutes, & præcipuè illius profundā imitandi Humilitatem, immaculatamque eius puritatem: vt imitando illam in hac vita, merear eam contueri in altera in æternum, Amen.

Admonitio.

FActa jam ſupradictorum Myſteriorum, ſeu alicuius